



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. X. Fallere, Falli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

non in illis, quæ veniunt ex contractu & obligatione, (5.) non procedit in facultate juris quæsitæ: quia jus potius est quam facultas. Denique Bald. in l. cum qui 2. C. si omiſſa causa testamenti. hanc regulam veram ait in præſcriptionibus temporalibus, non in immemorialibus.

CAP. IX.

De Falcidiâ.

Axioma I.

Quoties de herede gravato quæſtio incidit, toties ex tempore mortis quantitas bonorum æſtimanda.

Ratio: quia tunc cedit dies legatorum, i. e. ab eotempore Legatariis ad legata jus quæritur. Quodcumque igitur post mortem accedit vel decedit hereditati, illud omne accedit vel decedit heredi. Itaque si is, qui centum aureorum patrimonium in bonis habebat, centum legaverit, nihil legatariis prodest, si ante aditam hereditatem ex fœtu pecorum tantum accesserit hereditati, ut centum aureis legatorum nomine erogatis heres quartam partem hereditatis habiturus sit. Sed necesse est, ut nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex diverſo, si LXXV, legaverit & ante aditam hereditatem in tantum decreverint bona, ut non amplius quàm 75, aureorum substantia relinquatur, solida legata debentur. §. 2. *Inst. ad L. Falcid.*

Limita: nisi id, quod hereditati post mortem accessit, ex testatoris factu oriatur: hoc enim uti auger hereditatem, ita quoque legatario prodesse debet, & ita intelligenda l. 53. ff. b. l. (2.) notanda cautela pro herede, ut, si quartam habere non possit, simulet se adire nolle hereditatem, quæ res efficit, ut sit necesse legatariis, ne destituito testamento nihil consequantur, cum herede in portione pacifici d. §. 2. *Inst. ad L. Aquil.* Quam cautelam hodieque post Novell. 1. obtinere, eumque textum tantum de casu, ubi heres adiit hereditatem & legata &c. solvere recusat, intelligendum esse probat Stryck. *tract. de success. ab intest. diff. 1. cap. 1. §. 53.*

II.

Quæcumque heres non habet jure hereditario, illa in Falcidiam non imputantur l. in quarta. 91. ff. ad L. Falcid. quia lex Falcidia expressè vult, ut quarta pars hereditatis maneat apud heredem. Ita ergo quæ titulo prælegati vel fideicommissi à cohærede habet heres, non imputantur. d. l. 91. ff. aliud est in Trebellianicâ, de quâ suo loco.

Fallitus v. *Supra* Decoctor.

CAP. X.

Fallere, Falli.

Axioma I.

Fallor, dictum est testis dicentis: verum est, nisi fallor, probat, quia videtur magis affirmativè, quàm dubitative verba illa proferre. Ita dixit Angel. in l. 1. in gl. in verb. nisi fallor. ff. de *Instit. & Jur.* & subdit ibi, quod idem est, si testis dicat,

Mihi videtur l. 1. §. 1. de excus. iur. vid. Bertach. in *Repertor. sub hac voce.*

II.

Fallens fidem, pro animali irrationali habetur, non pro homine; ut de Coelestino Papa scripsit Baldus in *conf. 327. Prædict. col. 2. lib. 1.* refert, Borcholt. *conf. 14. lib. 1. cap. un. in princip.* & sic etiam Leo in *Nov. 19.* scribit; Animalis non convenire, pacta conventa per improbationem adulterare.

CAP. XI.

Falsum, Falsitas, Dolus.

Axioma I.

Falsa causa relictum non vitiat: exemplum est in legato. §. *longè magis 31. Inst. de Legat.* Nisi de voluntate testatoris doceatur, l. cum tale 72. §. *falsam. 6. de condit. & demonstr.* Bartol. in l. adamus 52 de *condit. indeb.* Et dic ut in l. Pactum ejus 92. & ibi Bart. ff. de *hered. instit.* quod non vitiat, licet vitiet institutionem, nisi falsa causa sit pariter adjecta legatis & institutioni, ut ibi habetur, vid. plenè per Bart. in l. *demonstratio 17. §. quod autem 2. ff. de condit. & demonstr.* & ibi Dd. An verò vitiat sententiam, vid. l. qui in testamento. 37. §. 1. de *Excusar. iur.* & ibi gloss. & Dd. add. Bertach. *Repertor. sub hac Rubr.*

II.

Falsa denominatio vel appellatio alienius qualitatis non inducit dispositionem l. 2. & ibi Bald. C. de *necess. serv. her. inst.*

III.

Falsitatis suspicio cessare debet pro re parva, l. cum bi 8. §. *modus 10. ff. de Transact. cap. & si quæſtiones 18. de simonia.* Oldrad. *conf. 162.* Alex. *conf. 7. vol. 1. col. 2.* Decius *cap. super literis 20. col. 3. de rescript.* Cravett. *conf. 56. num. 14.* non enim subest causa verisimilis, quod quis pro modico voluerit dicere falsum, l. d. *conf. 75. num. 16.* & nemo præsumitur dejerare, ubi ex hoc nullum reportat commodum, l. & eleganter 7. §. *fin. ff. de dol. Fulgosi. conf. 173. Med. reg. 5.*

IV.

Falsum quod est, nihil est. l. eleganter 24. §. qui reprobos 1. de *pign. act. gloss. in l. 2. C. de Harct.*

V.

Falsa simulatio veritatem non minuit. l. nec amissa 15. *Cod. de liberal. caus.*

VI.

Falsum non videtur, quod veritatis primordio adjuvatur. l. 76. §. *heres de leg. 2. & ibi Bart.*

VII.

Falsitas tacendo non committitur, gloss. c. *notabilis 22. quæſt. 2. cap. ne quis arbitretur. ad fin.*

Fallit hæc regula (1.) in teste, qui si tacet quod dicere debuit: vel si loquitur insidiosè, falsum committit, arg. l. 8. in *fin. C. de Episcop. & Cler. (2.) in Notario. arg. l. 39. de Act. Empt. Johan. Federic. Solis de bon. *conf. matrim. acquis. quæſt. 25. num. 12.**

VIII.

Falsitas est mutatio veritatis. *Juslin. in Novell.*